

S. PAULI VI, PAPÆ

Die 29 maii

Ioannes Baptista Montini, die 26 mensis septembris anno 1897 in vico Concesio prope Brixiam natus est. Presbyteratu auctus die 29 mensis maii anno 1920, ministerium suum Apostolicæ Sedi præstitit, donec Archiepiscopus Mediolanensis nominatus est. Ad Petri cathedram euectus, die 21 mensis iunii anno 1963, feliciter Concilium Vaticanum secundum perfecit, instaurationem vitæ ecclesialis promovit, Liturgiæ præsertim, dialogum œcumenicum et nuntium Evangelii mundo recentioris ætatis. Die 6 mensis augusti anno 1978, Deo spiritum reddidit.

Ad Officium lectionis

Lectio altera

Ex Homiliis sancti Pauli Sexti, papæ

(In ultima Concilii Oecumenici Vaticani secundi publica Sessione, die 7 decembris 1965: AAS 58 [1966] 53. 55-56. 58-59)

Opus est cognoscere hominem, ut cognoscatur Deus

Ope huius Concilii, doctrina theocentrica ac theologica, uti aiunt, de humana natura ac de mundo ad se hominum mentes convertit, quasi eos provocans, qui illam a nostræ ætatis ratione alienam atque extraneam putent; atque talia sibi arrogat, quæ mundus primum quidem absurda iudicet, sed postea, ut fore confidimus, humana, sapientia ac salutaria ultro agnoscet: scilicet Deum esse. Utique Deus est; reapse existit; vivit; persona est; est providus, infinita bonitate præditus, et quidem bonus non solum in se, sed maximopere etiam erga nos; est noster Creator, nostra veritas, nostra felicitas; adeo ut homo, cum mentem et cor suum in Deo defigere nititur, contemplationi vacando, actum animi sui eliciat, qui omnium nobilissimus ac perfectissimus est habendus; actum dicimus, a quo nostris etiam temporibus innumeri humanæ navitatis campi suæ dignitatis gradum sumere possunt ac debent.

Verum enimvero Ecclesia, in Concilio collecta, suam considerationem summopere intendit – præterquam in semetipsam, atque in necessitudinem, qua cum Deo coniungitur – in hominem etiam, in hominem, sicuti reapse hoc tempore se conspiciendum præbet: hominem, dicimus, qui vivit; hominem, qui sibimetipsi uni provehendo deditus est; hominem, qui non modo sese dignum existimat, ad quem unum, veluti ad quoddam centrum, omne studium conferatur, sed etiam affirmare non veretur, se esse cuiusvis rei principium atque rationem. Totus homo phænomenicus, suis innumeris animi habitibus indutus, quibus in conspectum venit, se Concilii Patribus obicit, qui et ipsi homines, immo omnes Pastores atque fratres sunt, intenta cura atque amanti caritate præditi: homo, qui suas luctuosas fortunas animose conquiritur; homo, qui et præterito et nostro hoc tempore alios infra se positos existimat, ideoque semper fluxus atque fucatus, sui cupidus et ferox est; homo sibi displicens, qui risus edit et lacrimas fundit; homo ad omnia versatilis, ad quaslibet partes agendas facilis; homo in unam scientiæ pervestigationem acriter intentus; homo, qui uti talis cogitat, amat, in laboribus desudat, semper ad aliquid animum advertit; homo, qui sacra quadam cum religione est considerandus, ob suæ infantiae innocentiam, ob suæ inopiæ arcantum, ob pietatem, quam suæ ægritudines movent; homo hinc sui ipsius tantum studiosus, hinc societati favens; homo simul laudator temporis acti, simul posterum tempus præstolans, illudque felicius quam præteritum somnians; homo ex altera parte criminibus obnoxius, ex altera sanctis moribus ornatus; et deinde deinceps. Humanitatis illud laicum atque profanum studium, immani qua est magnitudine, tandem aliquando prodiit, idemque ad certamen, ut ita dicamus, Concilium lacessivit. Religio, id est cultus Dei,

Cortesía de **Vida Sacerdotal - Información para sacerdotes**

Visítenos en www.vidasacerdotal.org

qui homo fieri vóluit, atque relígio –talis enim est æstimánda– id est cultus hóminis, qui fieri vult Deus, inter se congréssæ sunt. Quid tamen áccidit? Certámen, proélium, anáthema? Id sane habéri potúerat, sed plane non áccidit. Vetus illa de bono Samaritáno narrátio exémplum fuit atque norma, ad quam Concílii nostri spirituális rátio dirécta est. Etenim, imménsus quidam erga hómines amor Concílium pénitus pervásit. Perspéctæ et íterum considerátæ hóminum necessitátes, quæ eo molestiôres fiunt, quo magis huius terræ fílius crescit, totum nostræ huius Sýnodi stúdiu[m] detinuérunt. Hanc saltem laudem Concílii tribúite, vos, nostra hac ætáte cultóres humanitátis, qui veritátes rerum natúram transcendétes renúitis, iidémque novum nostrum humanitátis stúdiu[m] agnóscite: nam nos étiam, immo nos præ céteris, hóminis sumus cultóres.

Quæ cum ita sint, faténdum revéra est, cathólicam religió[n]em et humánam vitam inter se amíco foédere iungi, et utrámque simul conspiráre ad unum quoddam humánu[m] bonu[m]: religió[n]em scílicet cathólicam pro humáno gènere esse, humaníque gèneris esse quodámmodo vitam.

Quodsi omnes, qui hic præséntes adéstis, memínimus in vultu cuiúsvis hóminis, máxime si lácrimis ac dolóribus efféctus est translúcidus, agnoscéndum esse vultu[m] Christi, Fílii hóminis; ac si in vultu Christi agnoscéndus est vultus Patris cæléstis, secúndum illud: Qui videt me, videt et Patrem, modus noster res humánas æstimá[n]di mutátur in Christianísmu[m], qui in Deu[m] ut in médiu[m] totus dirígitur; ita ut rem hoc étiam modo enuntiáre possímus: scílicet opus esse cognóscere hóminem, ut cognoscátur Deus.

Amáre hóminem, dícimus, non ut instruméntu[m], sed ut primum véluti finem, quo ad suprémum finem, humánas res transcendéntem, perveniámus.

Responsorium (Cf. Phil 4, 8)

R/. Quæcúmque sunt vera, pudíca, iusta, casta, amabília, bonæ famæ, * hæc cogitáte (T.P. allelúia).

V/. Si qua virtus et si qua laus, * hæc cogitáte (T.P. allelúia).

Oratio

Deus, qui Ecclésiám tuam regéndam beáto Paulo papæ commisísti, strénuo Fílii tui Evangélii apóstolo, præsta, quæsumus, ut, ab eius institútis illumináti, ad civílem amóris cultu[m] in mundu[m] dilatándu[m] tibi collaboráre valeámus. Per Dóminu[m].

Los presentes textos litúrgicos fueron aprobados por la Congregación para el Culto Divino y la Disciplina de los Sacramentos mediante decreto del día 25 de enero 2019, Prot. N. 29/19.

S. PABLO VI, PAPA

29 de mayo

Del Común de pastores (un papa).

Oficio de lecturas

Segunda lectura

De las Homilías de san Pablo sexto, papa

(Homilía en la última sesión pública del Concilio ecuménico Vaticano segundo, 7 de diciembre de 1965: AAS 58 [1966] 53. 55-56, 58-59)

Para conocer a Dios es necesario conocer al hombre

Con el Concilio Vaticano segundo, la concepción teocéntrica y teológica de la naturaleza humana y del mundo ha sido propuesta a la atención de los hombres, desafiando incluso a quienes juzgan nuestra visión como estrecha o anacrónica. Inicialmente, es posible que nuestras afirmaciones se juzguen como irrelevantes, pero esperamos que, con el tiempo, se reconozcan como verdaderamente humanas, sabias y saludables. Efectivamente, afirmamos que Dios es, existe verdaderamente, está realmente vivo, es personal, providente, infinitamente bueno, y no sólo es bueno en sí mismo sino que es inmensamente bueno con nosotros; él es nuestro Creador, nuestra verdad, nuestra felicidad. Por eso, cuando el hombre procura fijar en Dios su mente y su corazón, entregándose a la contemplación, realiza una acción que debe considerarse como la más alta y perfecta del espíritu humano, llamada a situarse por encima de toda la pirámide de actividades humanas.

En verdad, la Iglesia, reunida en el Concilio profundizó, ante todo, la consideración de si misma y de su relación con Dios. Pero también se detuvo en la consideración sobre el hombre, especialmente el hombre tal como se presenta en nuestro tiempo actual: viviente, esforzado por cuidarse a si mismo, convencido de ser no sólo el centro en referencia a los demás, sino también el principio y la razón de todas las cosas. Cada elemento perceptible en el hombre, cada aspecto con los que se reviste y muestra, ha sido considerado por los padres conciliares, hombres a su vez, aunque pastores y hermanos, y, por eso, llenos de solicitud y amor. Entre estos aspectos podemos mencionar al hombre como el actor trágico de sus propias obras; al hombre que, tanto en el pasado como en el presente, juzga a los demás como inferiores, y por eso mismo es frágil y falso, egoísta y feroz; al hombre infeliz consigo mismo mientras ríe y llora; al hombre versátil, siempre dispuesto para realizar y adaptarse a cualquier circunstancia; al hombre devoto estrecho de la pura realidad científica; al hombre que, como tal, piensa, ama, trabaja, y siempre está esperando algo, como hijo en crecimiento; al hombre sagrado por la inocencia de su infancia, por el misterio de su pobreza, por la piedad de su sufrimiento; al hombre, individuo, en un sentido, insertado en la sociedad, en el otro; al hombre que vive de las glorias del pasado y sueña con las del futuro; al hombre, por un lado tomado por sus pecados y por el otro adornado con santas costumbres, y así sucesivamente.

El humanismo laico y profano, en definitiva, apareció con toda su magnitud, y, por así decirlo, desafió al Concilio. La religión del Dios que quiso ser hombre se ha encontrado con la religión -que también lo es- del hombre que quiere ser Dios. ¿Y qué ocurrió? ¿Hubo combate, lucha, condena? Todo esto podría haberse dado, pero de hecho no se dio. La antigua historia del buen samaritano fue el ejemplo y la norma según los cuales se orientó nuestro Concilio. En efecto, un sentimiento de amor sin límites ha impregnado todo. El descubrimiento y la atención renovada de las necesidades humanas -y estas necesidades crecen en proporción a la grandeza que el hijo de la tierra reclama para sí mismo- absorbieron la atención del Concilio. Por eso hacemos un llamado a aquellos que se llaman a sí

Cortesía de **Vida Sacerdotal - Información para sacerdotes**

Visítenos en www.vidasacerdotal.org

mismos humanistas modernos y que han renunciado al valor trascendente de las realidades más elevadas, para que den crédito al Concilio y reconozcan nuestra convicción en un nuevo humanismo: también nosotros, más que cualquier otro, honramos a la humanidad.

De este modo, la religión católica y la vida humana reafirman su alianza entre sí, convergen hacia un solo bien que es la humanidad misma; es más, la religión católica se identifica con la vida de la humanidad y a ella sirve.

En consecuencia, recordamos a ustedes aquí presentes, que en el rostro de todo hombre, especialmente cuando trasluce lágrimas y sufrimientos podemos y debemos reconocer el rostro de Cristo, el Hijo del Hombre: y si en el rostro de Cristo debemos descubrir el rostro de nuestro Padre celestial según aquellas palabras quien me ve a mí, ve también al Padre nuestro humanismo se convierte en cristianismo, centrado y dirigido a Dios Dicho de otra manera, para conocer a Dios es necesario conocer al hombre.

Y afirmamos que amar al hombre no es un medio o un instrumento, sino el primer paso hacia el término supremo y trascendente, el principio y la razón de todo amor verdadero.

Responsorio (Cf. Flp 4, 8)

R/. Todo lo que es verdadero y noble, justo y puro, amable y digno de honra, * debe ser el objeto de sus pensamientos. **(T.P. Aleluia.)**

V/. Todo lo que haya de virtuoso y merecedor de alabanza. **R/.** Debe ser el objeto de sus pensamientos. **(T.P. Aleluia.)**

Oración colecta

Dios nuestro, que confiaste la conducción de tu Iglesia al bienaventurado papa Pablo, apóstol valiente del Evangelio de tu Hijo; concédenos que, iluminados por sus enseñanzas, colaboremos con el crecimiento de la civilización del amor en el mundo. Por nuestro Señor Jesucristo, tu Hijo, que vive y reina contigo en la unidad del Espíritu Santo y es Dios, por los siglos de los siglos.

Los presentes textos litúrgicos son los oficiales aprobados por la Conferencia Episcopal Argentina. Fuente: calendario litúrgico pastoral de 2019, Suplemento de los santos, p. 187-189.